

Q.K. 157.

Ve
3114

EXERCITATIO IVRIS FEVDALIS PVBLICI
DE
VASALLIS IMPERII
AB INVESTITVRA FEVDORVM
QVAE TEMPORE INTERREGNI A VICARIIS
S. R. I. RECOGNOVERVNT CORAM
IMPERATORE POSTEA ELECTO
RENOVANDA IMMVNIBVS

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRAESIDE

CHRISTIANO RAV

I. V. D. ET PROF. PVBL. EXTRAORD.

A. D. XVIII. DECEMBR. CIOIOCLXXVII.

H. L. Q. C.

DEFENDET

LVDOVICVS AMADEVS KRUMBHAAR

LIPSIENSIS

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMII.



X2400778

REPRODUCTION OF THE ORIGINAL

VASSALRY OF THE

REPUBLIC OF THE

REPUBLIC OF THE

REPUBLIC OF THE

REPUBLIC OF THE

REPUBLIC OF THE

REPUBLIC OF THE

REPUBLIC OF THE


REPRODUCTION OF THE ORIGINAL

REPUBLIC OF THE


REPUBLIC OF THE





 **Q**ui tempore interregni Imperium Romano Germanicum moderantur Vicarii Principes, quemadmodum multa insignia iura partim vsu atque obseruantia, partim ipsa publicae legis nempe Aureae Bullae sanctione sunt consecuti, ita inter haec merito etiam connumerandum venit ius de feudis Imperii inuestiendi atque iuramenta fidelitatis a Vasallis vice et nomine Imperii recipiendi, quorum inuestitura non nominatim Augustissimo Imperatori est referuata. Quod quidem ius etsi haud pauci eorum, qui iura publica interpretati sunt, tam superiori aetate, quam nostro aeuo scriptis suis multifariam impugnare, et quantum in viribus eorum positum erat, imminuere, nonnulli etiam, re non e satis idoneis principis aestimata, magis quam par erat, limites illius proferre sustinuerunt, vt quisque suis

A con-



consiliis, et commodis eorum, quorum causam agere debe-
 bat, hoc conuenire existimauit, quae omni tempore scriptorum
 Iuris publici ratio fuit, nunc tamen eiusmodi disputationibus
 plerisque obex positus, posteaquam id potissimum nouissimis
 Capitulationibus magis in tuto collocatum. At nuper tamen
 rursus de eo ipso plane singularem doctrinam proposuit, qui
 Vasallos, qui tempore interregni feuda sua a Vicariis Imperii
 recognouerunt, ad inuestituram ab electo nouo Imperatore
 petendam, et iusiurandum fidelitatis denuo praestandum ob-
 strictos esse statuit summus ICtus, cuius iacturam merito ad-
 huc luget cum Bauaria vniuersa, tum maxime Academia Ingol-
 stadiensis, Perillustri IOANNES ADAMVS L. B. DE ICKSTATT
*in Vindiciis Iuris Caesarei inuestiendi et iuramenta fidelitatis de no-
 uo recipiendi a Vasallis, qui tempore interregni feuda sua a Vica-
 riis Imperii recognouerunt ad illustrat. Capitulat. Caesareae Art. XI.
 §. 5. 6. et 7. Monachii et Ingolstadii ao. 1762.* editis. Cuius
 studiose licet a nobis apud multos inter nostrates quaesiti, nec
 tamen inuenti libelli exemplum, quod Ratisbonae ab amico
 quodam erudito erogatum Lipsiam transmitti, et nobiscum ad
 litterarios vsus benignissime communicari voluit Vir Excellen-
 tissimus atque Amplissimus GEORGIUS HENRICVS MARTINI
 scholae huius vrbis ad Diuum Nicolaum Rector meritissimus,
 ei pro insigni hoc in nos fauoris documento gratias simul hic
 palam agendas duximus. Est autem nobis maxime propo-
 situm ICKSTATTII argumenta, quibus opinionem suam super-
 struxit, hoc qualicumque libello examinare paulo curatius, eo-
 rumque vim, quantum fieri possit, infringere. Neque profe-
 cto speramus futurum esse quemquam, qui hoc nomine nos
 magnopere reprehendere audeat. Nam qui iam argumentor-
 um ICKSTATTII censuram egit ICtus mea laude maior III.
 IO. HENR. CHRIST. DE SELCHOW *in der juristischen Bibliothek
 im erst. Bande im drit. Stk. p. 482. seq.* is etsi quodammodo il-
 lius

lius sententiam studuit labefactare: tamen cum angustis recensionis limitibus, vt facile vnusquisque intelligit, vix comprehendi liceret, quae ad omnia ac singula momenta, in quibus ICKSTATTIVS relicta communi opinione suae assertionis fundamentum collocavit, responderi possent, sed potius superfluum aut superfluum nos existimauimus suscepturos esse, si scribendi opportunitate denuo nobis oblata communem sententiam de Vasallis Imperii, qui tempore interregni feuda a Vicariis S. R. I. recognouerunt, ab inuestitura vltiori a nouo deinceps electo Imperatore rursus petenda immunibus propugnaturi, simul has ICKSTATTII rationes omnes excutere-
mus copiosius atque confutaremus. Quod quidem conamen nostrum, vt profequantur docti lectores harumque rerum periti aestimatores fauore eodem, quo alia nostra specimina ornarunt, vehementer ac serio optamus.

I.


Vestigia Iuris inuestiendi Vasallos Imperii, quod Vicarii S. R. I. iam ante tempora AVREAE BVLLAE exercuerunt.

Ac Principum quidem S. R. I. Vicariorum ius inuestiendi Vasallos, qui ab Imperio feuda tenent, non demum a temporibus Aureae Bullae repetendum. Occurrunt illius vestigia dudum ante, quam per publicam hanc Imperii legem Vicariatus Imperii certam stabilemque formam acceperunt. Quod etsi confirmare exemplis in praesenti quodammodo ab instituto nostro alienum videri potest, quibus plane non animus est in vniuersum de hac Vicariorum Imperii Vasallos inuestiendi potestate differere, posteaquam tractauerunt hoc argumentum praeter commentatores ad A. B. IO. PETR. A LVDEWIG^a) et

A 2

Illustr.

a) IO. PETR. A LVDEWIG in der vollständigen Erläuterung der goldenen



Illustr. IO. DAN. DE OLENSCHLAGER, ^{b)} vt ne vetustiores quidem commemorem, cum qui omnia Vicariorum Imperii iura iunctim tradiderunt IO. BALTH. WERNHERVS, ^{c)} MICH. HENR. GRIEBNERVS, ^{d)} IO. CAR. KOENIGIVS, ^{e)} nec non Viri Illustr. OLENSCHLAGERVS ^{f)} et IO. IAC. MOSERVS, ^{g)} tum qui speciatim de eo exposuit IO. HENR. GOTTL. DE IVSTI ^{h)} in der *Abhandlung von der Belehnung der Reichsvicarien besonders über Graf- und Herrschaften*; tamen fortassis rem doctis lectoribus haud iniucundam susceperimus, si antiquitatis huius monumenta quaedam colligeremus, praesertim cum modo laudatos viros doctos indagandis hisce originibus haud inuenerimus immoratos fuisse, praeterquam quod DE OLENSCHLAGER ⁱ⁾ eas quam breuissime tetigerit. Itaque Serenissimis S. R. I. Prouisoribus potestatem Vasallos Imperii de feudis

nen Bulle, quae Lipsiae 1716. et 1719, II. Tomis in 4. prodit, et recusa deinceps cum praefatione IO. GE. ESTORIS *Freif. 1752. 4. Tom. I. Edit. Lips. p. 556. seq.*


- b) IO. DAN. DE OLENSCHLAGER in der neuen Erläuterung der gülden Bullen K. CARLS des IV. aus den ältern Teutschen Geschichten und Gesetzen *Freif. 1766. 4.*
- c) IO. BALTH. WERNHERVS in *Diff. duabus de iuribus Vicariorum S. R. I. in Aur. Bulla expressis, et de Vicariatu, qua iura Vicariorum S. R. I. in Aur. Bulla non expressa sistuntur, Vitez. 1711. editis et Lipsiae 1741. 4. recufis.*
- d) MICH. HENR. GRIEBNERVS de iuribus Vicariorum Imperii, illis in primis, quae perperam a nonnullis in dubium vocantur: in *Opusc. Iur. Publ. Tom. II. p. 1. seq.*
- e) IO. CAR. KOENIGIVS in den *Abhandlungen von den hohen Reichsvicariats Gerechtsamen Tom. I—III. Marburg 1741—1753. 8.*
- f) IO. DAN. DE OLENSCHLAGER in der *Geschichte des interregni nach Absterben K. Carl. VI. Tom. I—IV. Freif. 1742—1746.*
- g) IO. IAC. MOSERVS vom *Röm. Kayser, Röm. König und denen Reichsvicarien p. 756—714. et im Staats-Rechte Tom. VIII. Lib. II. cap. 148.*
- h) IO. HENR. GOTTL. DE IVSTI in den *historisch-iuristischen Schriften im I. Band. II. Abth. Num. V.*
- i) IO. DAN. DE OLENSCHLAGER in der neuen Erläuterung der gülden Bullen Carls des IV. *pag. 146.*

dis inuestiendi iam ante tempore Aureae Bullae competere oportuisse, in vniuersum iam colligitur e diplomate de *ao. 1278.* ap. LÜNIGIVM in *Reichs Archiv. Part. spec. Contin. II. p. 129.* et LEIBNITIVM in *Mantiff. Cod. Iur. Gent. diplom. Part. II. num. X. pag. 102.* vbi Imperator RVDOLPHVS HABSBVRGICVS in euentum mortis Ludouico Seuero Duci Bauariae provisionem Ducatum Austriae et Stiriae commendans, ita loquitur: *Cum charissimus gener Princeps Magnificus Ludouicus Comes Palatinus Rheni inter alias suorum principatum praerogatiuas hoc insigne ius, habeat ab antiquo, quod vacante Imperio, principatus, terras possessiones et alia iura Imperii custodire debeat, quousque Romano Imperio de Principe sit prouisum.* Sed et magis luculenter hoc innuunt verba diplomatis apud MELCH. GOLDASTVM in *den Reichshandlungen Part. III. p. 411.* et CAR. LVD. TOLLNERVM in *histor. Palat. p. 115.* quae sic habent: *Longa enim et approbata consuetudine inconcussa a maiorum ordinatione vacante imperio ius administrandi iura, feuda conferendi, negotia cetera disponendi Palatino debetur.* Nec desunt exempla potestatis inuestiendi Vafallos de feudis Imperii a Vicariis adeo ante RVDOLPHI HABSBURGICI tempora exercitae. Nam Ludouicus Palatinus tempore Interregni anno *1256. V. Kal. Iunii* Philippo de Falkenstein et Philippo eius filio, nec non Engelhardo et Conrado fratribus de Winsberg et eorum heredibus comitiam Wedrebiae cum suis pertinentiis, quae de morte Vlrici nobilis viri de Mintzenberg vacare coeperat, in feudum concessit, vt constat ex quodam vidimus Petri Episcopi Moguntini de anno *MCCCII. Kal. Octobr.* et retrum legitur in KYCHENBECKERI *Anal. His Hassiacis Coll. I. p. 396.* quem locum laudauit Plur. Reuer. SAM. GYILIELM. OETTERVS in *dem auferweckten Interregno Frcf. 1756. p. 221.* Deinde idem Ludouicus II. Seuerus Comes Palatinus Rheni Dux Bauariae S. R. I. Elector ac Vicarius Mariae eiusque heredibus masculis filiae




filiae Friderici Burggrauii Norimbergensis coniugi Ludouici Comitis de Oettingen iunioris ad preces patris illius successio- nem in Burggrauiatum Norimbergensem et alia feuda, quae Fridericus ab Imperio tenuit, oppido Swande dicto cum suis pertinentiis excepto, nomine Imperii, beneficii lege decreuit, clare admodum in simul professus, vacante Imperio Romano omnes feudorum collationes siue ordinationes iure dignitatis officii sui, quod ab imperio tenebat, ad se indifferenter per- tinere. Diploma in Chadolspurch anno Domini 1267. quar- to die exeunte Maio datum, ex Archiuo Oettingensi, vnde acceperat, oculis lectorum subiecit OETTERVS in *hisor. Burggr. Norimberg.* *) et cum postea fidem chartae impugnasset BRV- CKERVS Theologus Augustanus in litteris ea de re ad edito- rem scriptis, denuo repetitum exhibuit eiusque probitatem simul vindicauit in *dem auferweckten Interregno* §. 1. p. 2. *seq.* etsi caeteroquin haud videtur nouisse, illud ipsum diploma iam editum esse a IO. DAV. KOEHLERO in *Diff. de Ducibus Mera- niae Altdorfii* 1729. 4. defensa §. XVII. p. 47. *seq.* Etiam Ru- dolphum Palatinum tanquam Vicarium post occisum ADOL- PHVM regem NIC. HIER. GVNDLINGIVS in *Diatr. de feudis vexilli* §. 34. p. 79. opinatus est, Henrico seniori et Henrico iuniori eius filio Ruthenis beneficia porrexisse de Plauen. Sed hoc iam labefactauit MICH. HENR. GRIEBNERVS *Obseru. II. de feudis vexilli, in Opusc. Iur. Publ. Tom. II.* p. 83. cui cum post- ea respondisset GVNDLINGIVS in *der Erläuterung der Gräfl. Fahn-Lehn* in GVNDLINGIANIS P. XXVI. num. 4. §. 14. *seq.*
p. 75

k) SAN. GVILIELM. OETTERVS in *den zweiten Versuch einer Burg- graulich Nürnbergischen Geschichte, durch Münzen, Siegel und Vrkunden* Erf. und Leipz. 1753. 8. p. 475. in quo libro diploma hoc statim post praefationem quoque conspicitur adeo in tabula aenea sumtibus Serenissi- mi Principis Electoris Bauariae DN. MAXIMILIANI IOSEPHI ex- pressum, quod beneficio ICKSTATII se debere gratis proficitur ipse OETTERVS in *Dedicatione Part. II. Biblioth. hstor.*



p. 75. seq. eius argumenta denuo confutauit IO. AD. KOPPIVS de insigni differ. inter Comites et Nobiles immediat. in *supplem. obs. ad Num. 73. p. 564. sq. edit. secund. Argent. 1728. 4.* Et sane siue litteras a viro celeberrimo adductas cum GRIEBNERO iam anno 1294. scriptas existimes, vti et PETR. BECKLERVS in *stemmatis Rutheni descriptione p. 263.* et ex eo CHRIST. LÜNINGIVS tradit, siue cum KOPPIO c. l. annum 1298. a GVNDLINGIO iis assignatum retineas, tamen exinde ne coniectura quidem nascitur, Rudolphum Palatinum illo tempore aut Prouisorum imperii fuisse, aut tanquam Vicarium hoc diploma dedisse. Nam si diploma hoc ex GVNDLINGII et KOPPII mente ao. 1298. octauo Calend. Iul. hoc est die 24. Iunii datum, ADOLPHVS vero demum sexto nonas Iulii i. e. die 2. Iulii, vt testimonia apud PFEFFINGERVM in *Vitriar. illustr. Tom. I. p. 635.* probant, adeoque octauo die post obiit, quam Ruthenis ista beneficiaria collatio facta, profecto non potuit Rudolphus illis tanquam Vicarius Imperii quicquam tradere, qualis tum plane quippe viuente atque praesente Caesare haud fuit. Nec Rudolphus professus est, se imperii nomine Plauenensibus quicquam conferre, sed tantum Ducis Bauariae et Comitis Palatini titulo vtitur. Itaque has litteras ab Imperii Vicario datas esse, solius BECKLERI fide niti videtur, cuius auctoritatis GVNDLINGIVS nimis fidit. Vt taceam, quod et recte GRIEBNERVS et KOPPIVS monuerunt, Rudolphum, si vel maxime vicariatu Imperii functus esset, non habuisse ius de feudis inuestiendi ius, quae ad Saxoniam prouisionem pertinent. Conferantur quoque de hac charta, quae scripsit Illustr. PHILIPP. GVILIELM. LVDOV. FLADT in *der historisch-rechtlichen Vntersuchung von dem Churpfälzischen Hof-Schild und Fahnen-träger-Ant, oder Denkmahl der alten Pfälzischen Hoheit und Ansehen in beleuchteter Urkund des von Rudolpho I. als Churfürsten von der Pfalz, und nicht als Reichs-Vicario, denen Herren von Plauen, als*



als Churpfälzischen Schild- und Fahnen-Trägern im Jahr 1298. ertheilten Hoflehens, Heidelbergae 1750. 4. §. 3. p. 8. seq.

II.

Diffensus interpretum super gemino intellectu verborum AVREAE BVLLAE, quibus Feuda Principum et Vexilli a Vicariorum inuestitura excepti.

At potissimum vero hanc inuestiendi facultatem Serenissimis S. R. I. Principibus Vicariis Imperator CAROLVS IV. in AVREA BVLLA ¹⁾ confirmavit. Nam in *Cap. V. §. 1. et 2.* Rudolphus de Fridberg tunc Vice-Cancellarius Imperii postea Episcopus Verdenensis, genuinus legis Carolinae auctor, vt probabili admodum ratione e subscriptione illius imagini in CYRIACI SPANGENBERGII *Chronick der Bischoeffe zu Verden subiecta* coniecit de OLENSCHLAGER in *der neuen Erläuter. der gülden. Bulle p. 390. seq.* inter iura Comiti Palatino Rheni et Duci Saxoniae comperentia tanquam Imperii Prouisoribus expresse et claris verbis inuestiturae collationem connumeravit. — *Cum potestate, inquit — et inuestiendi de feudis, iuramenta fidelitatis vice et nomine Sacri Imperii recipiendi. Quae tamen per Regem Romanorum postea electum suo tempore omnia innouari, et de nouo ipsi iuramenta praestari debebunt. Feudis Principum duntaxat exceptis, et illis, quae Valn Leben vulgariter appellantur.* Quo-

¹⁾ AVREA BVLLA extat in *der neuen und vollständigen Sammlung der Reichs-Abschiede und Reichs-Schlüsse, quae Francofurti ad Moenum MDCCCXXXVII. IV. Tomis in folio prodit, Tom. I. pag. 45. seq.* nec non in IO. IAC. SCHMAVSSII *Corpore Iuris Publici S. R. I. Academico, cuius nouam editionem iam a GOTTL. SCHVMANNO parari coeptam, continuatam atque auctam fructuosissimisque animaduersionibus locupletatam adiecta simul vtilissima praefatione dedit Venerandus noster Praeceptor Illustris HENRICVS GOTTLIEB FRANCKIUS Lipsiae 1774. in 8. pag. 12. seq.*

Quorum investituram et collationem soli Imperatori vel Regi Romanorum specialiter reservamus. Sed quatenam sint illa feuda Principum et Vexilli Fürsten- und Fahn-Lehen hic excepta et solius Imperatoris collationi ac investiturae reservata, super ea re vix dici potest, quantopere interpretes inter se dissentiant. Etenim IO. SCHILTERVS; *Instit. Iur. Publ. Lib. I. Tit. 10. §. 4.* et alii, quos laudavit GRIEBNERVS *de iur. vicar. quae perp. a nonnul. in dub. voc. in Opusc. Iur. Publ. Tom. II. sect. 1. §. 19.* iis contineri dicunt non solum Electoratus, Principatus, Comitatus, et Dynastias, sed et ipsa, quae Nobilitas Imperii immediata feuda possidet. Alii quidem nullatenus Nobilitatis immediatae clientelae, feuda vexilli videntur. Alii iis comprehendunt Comitatus ac Dynastias, quae Principum sunt. Et rursus alii solos Electoratus ac Ducatus nec non Comitatus dignitate Principali condecoratos huc referunt, adeo vt et feuda Ecclesiastica regalia maiora siue Sceptri a Vicariorum collatione exempta negent. Diversas sententias allatis, quibus quaeque nititur rationum fundamentis, commemorarunt WERNHERVS *de iur. Vicar. S. R. I. in A. B. express. §. 43. seq.* nec non KOENIGIVS *von den Reichs-Vicariats-Gerechtigamen I. Abh. §. 61. p. 94. seq.* GRIEBNERI potissimum sententiam *c. l. §. 19. p. 30.* feuda Principum et Vexilli pro synonymis habentis, et particulam ET aut abundare, aut errore scribentis irreplisse statuentis, quia in vetustissima A. B. germanica versione haec verba per *Fürsten-Fahn-Lehen* redduntur, reulit etiam ICKSTATIVS *c. l. §. 2. p. 3.* eamque non solum sequitur *de IVSTI c. l. p. 229.* sed et adeo putat, si vel maxime copula ET in omnibus originalibus A. B. reperiatur, et consulto sit posita, tamen inde non inferri necessario debere, hic duplicis generis feuda excepta esse, eam enim non adeo diligenter compositam, vt nunquam duabus loquendi formis vna eademque res expressa reperiretur. Et probant sane assertio-

B

nem



nem exempla, quae Vir doctus petiit e *Tit. I. §. 23.* vbi dicitur: *Princeps Elector ad electionem huiusmodi vocatus et requisitus*, nec non e *Tit. VIII. §. 1.* vbi verba occurrunt: *nec non regno Bohemiae eiusdemque regni coronae*, in quo vtroque loco nemo inficiatur, eandem rem duplici loquendi genere expressam esse. Quod vero GRIEBNERVS *c. l. §. 20.* ne feuda quidem Principum Ecclesiasticorum Archiepiscoporum et Episcoporum per sceptrum tradi solita sub exceptis feudis in A. B. comprehendendi, sed non minus, quam alia feuda minora tempore interregni Vicariorum inuestiendi iuri subesse contendit, quoniam illa communi sensu semper Sceptri feuda vocarentur et feudis Vexilli opponerentur, quorum quidem Aurea Bulla in exceptis non meminisset, in eo ab eius opinione merito de IVSTI *c. l. p. 215.* recessit. Nam, vt ne dicamus quidem, discrimen illud inter vexilli et sceptri feuda non adeo accurate semper obseruatum, quandoquidem Ecclesiasticos Principes aequae ac Seculares et ante et post tempora Aureae Bullae vexillis inuestitos esse indubitatae fidei exempla probant, quorum post IO. GOTTL. TREVERVM in *Diff. de inuestitura per sceptrum feudis ecclesiasticis et secularibus communi*, aliosque, quos laudauit Perill. IO. CHRIST. WILH. de STECK *de feudis coram folio Caesaris solemniter accipiendis §. 5.* etiam idem de IVSTI *c. l. p. 219.* nonnulla collegit, ipsa lex Principum feuda claris verbis exemit, et talia quin etiam sint Archiepiscopatus et Episcopatus nemo serio ambiget. Accedit, quod nec ipsi Vicarii sibi ius esse inuestiendi Ecclesiasticos Principes prae se ferant. Atque ipsa clausula instantibus Electoribus, adeoque et Vicariis inde ab *ao. 1742.* Capitulationibus inserta luculentissime ostendit, coram Throno recognoscenda feuda ipsorum inuestiturae haud subesse. Sed Ecclesiasticos Principes coram ipso Caesaris folio inuestiri, tam notam est, vt nemo id ignorare possit.



III.


Locus AVREAE BVLLAE de Feudis Throni intelligendus esse videtur.

Quicquid autem horum sit (nam diuersas has sententias ad Legum Imperii publicarum et obseruantiae normam hic examinare non fert ratio instituti nostri, et factum hoc est ab aliis) dudum iam GVNDLINGIVS, et qui eum sequuntur, obseruarunt, CAROLVM IV. in A. B. per feuda Principum in vniuersum omnia feuda Principibus, qua talibus, nempe virtute dignitatis et principalis officii *in Krafft ihres Fürsten-Amts* conferri solita; per feuda vero Vexilli *Fahn-Lehen* eam speciem Feudorum maiorum, quae Principibus per solemnem traditionem Vexilli (*unter den Fahnen*) concedebantur, intellexisse, existimantes, Imperatorem inprimis ante oculos habuisse locum IVRIS FEVDALIS ALEMANNICI ^{m)} cap. 146. §. 2. et 3. cum A. B. dispositione plane conuenientem, cuius verba sic habent: *Wird es* (sc. Electionis Negotium, de quo compilerator §. 1. locutus erat:) *nicht verrichtet um einen Koenig inner Fahres-Frist, so sollen alle, die von dem Reich Lehen haben, ihre Lehen empfaen von dem Pfaltzgraffen von Rhein. Ohne die Fürsten, die sollen ihr Fürsten-Amt nicht empfaen von ihm. Alle die, die Fahn-Lehen haben von dem Reich, das nicht Fürsten-Amt seind, die sollen die von dem Pfaltz-Graffen empfaen. Vnd davon werden sie doch nicht des Pfaltz-Graffens Mann, sie werden des Reichs Mann, wann er leihet ihn des Reichs Gut.* Atque hanc ipsam sententiam, licet fortaesse difficultates quaedam ei obiici possent, amplexus etiam est ICKSTATTIVS c. l. §. 3. et quoniam iam I. C. KOENIGIVS *von den Reichs-Vicar. Gerecht. 1. Abh. §. 69.* causam, cur Vicarii Imperii a iure cognoscendi de causis

B 2

feu.

m) in HENR. CHRIST. L. B. de SENKENBERG *Corporis Iuris Feudalis Germanici* edit. Ill. IO. FRID. EISENHARDTI de ao. 1772. p. 191.



feudorum, quae Principum sunt haud excludi debeant, in cessante solemnitate et submissione Principum Imperatori hic praestanda posuit, ICKSTATTIVS rationem, cur CAROLVS IV. feudorum Throni collationem Vicariis haud permiserit, commode profecto inde petendam ratus est, quod solemnitates festivae in Principum inuestituris coram Imperatore in folio sedente, praesentibus Imperii hereditariis officialibus, vel Aulae Caesareae officialibus et Principum numeroso conuentu cum genu flexione et Vasallorum inuestiendorum decenti reuerentia adhiberi solitae, mortuo Imperatore ne animo quidem concipi possent, nec facile Principes inuestiendi eam quippe foli Imperatori debitam Vicariis Imperii exhibitari essent. Vnde etiam Imp. CAROLVM V. in Ordinatione Regimenti de *ao. 1527. §. 4.* dixisse: *Und behalten Wir uns bevor, die Belehnung derjenigen, die sie unter den Fahnen essentlich mit Solemnitäten pflegen zu empfangen, zu verleihen.* Et ituat sane hanc ICKSTATTII coniecturam maxime hoc, quod solemnitates illae in feudis Comitum, Baronum, Nobilium, Ciuitatum, aliorumque eius generis Vasallorum, vtpote in Cancellaria aut Curia feudali Imperii coram Consilio Imperiali Aulico recognoscendis penitus exulant. Nam etsi ingens copia Ictorum, quorum nomina excitauit de IVSTI *c. l. p. 216.* etiam Comitatus ac Dynastias a Vicariorum inuestitura exentas esse contenderunt, nullo tamen exemplo ex annalium monumentis atque historia solum Comitem vexillo inuestitum probare potuerunt. Quae enim KOPPIVS *c. l.* nec non III. GVIL. FRID. PISTORIVS in *Historischen und Juristischen Anmerkungen über allerhand den Ursprung, Historie, und die Vorrechte derer des H. R. R. Grafen betreffenden Materien P. I. c. 2.* collegerunt exempla Comitum per Vexillum inuestitorum, haec si diligenter considerentur, partim diu ante tempora Aureae Bullae obuenerunt, vbi nondum certis symbolis inuestitura, sed modo baculo, aut lancea, modo annulo,

annulo, aut scepro aut vexillo promiscue peracta, nec tum vexillum praerogativa fuit, per quam feuda Principum tradebantur, partim speciem inuestiturae Principum, quibus simul Comitatus, quos possederunt per vexillum sub feudi lege collati, sistunt. Nonnunquam etiam hi Comites ob officium magis cum Comitatu iunctum, vi cuius cum Principibus quibusdam similium aut minorum officiorum possessoribus in solemnibus actibus eandem aut maiorem praerogativam habuerunt, quam ob solum Comitatum vexillum sunt nati. Aut videntur fortasse laudati scriptores vexillum in tradendo Banno sanguinis siue iurisdictione criminali visitatum cum solemnium vexillo, quod in inuestitura adhiberi solebat, commiscuisse. Ita certe rem omnem explicuit Ill. de IVSTI c. l. p. 232. seq.

III.

Quaenam hodie Vasallorum Imperii feuda inuestiturae Vicariorum S. R. I. non subiaccant? et quae contra ei relicta sint?

Verum tamen tantum abest, ut cum ICKSTATTIO e literis, quibus superiori seculo cum mortuo FERDINANDO III. Imp. interregnum ultra annum duraret a. 1658. Ferdinandus Maria Dux Bauariae S. R. I. Elector, nec non Carolus Ludovicus Comes Palatinus ad Rhenum Elector S. R. I. vterque Princeps Vicarius Vasallos Imperii ad renouandas inuesturas euocarunt, quae apud I. C. KOENIGIVM c. l. r. *Abh. §. 62. seq.* et apud MOSERVM *im Staats-Rechte T. VIII. Lib. II. cap. 144. §. 2. et 3.* prostant, quorum locos Vir summus c. l. §. 4. *not. a.*) iam excitavit, probari sustinerem, etiam Comitum inuestituram vi obseruantiae ad iura Vicariorum pertinere: ut potius nihil omnino exinde ad firmandam hanc assertionem peti posse existimem. Nam in iis Vicarii quidem profitentur, se excitare Vasallos, quorum inuestitura vi Aureae Bullae ad ipsos per-




pertineat, Comitum autem in specie mentionem non iniiciunt. At omnino obseruantiam rei ostendunt exempla inuestiturarum, quas in interregno mortem Caroli VI. insecuto Praelati, Comites, Barones, Nobiles et Ciuitates Imp. a Vicariis requiſuerunt et obtinuerunt, collecta a MOSERO atque KOENIGIO *cc. ll.* quos itidemque ICKSTATTIVS *c. l.* laudauit. Et nunc fere decifum, feuda Imperii de quibus Vasalli coram folio Imperatoris ſolemniter inueſtiuntur i. e. Principum Imperii a iure inueſtiendi Vicariorum excepta eſſe, contra vero eorum inueſtiturae relicta feuda Imperii minora, quae coram Conſilio Imperiali Auſtico recognoſcuntur, poſteaquam nempe iam Capitulationi CAROLI VII. *Artic. XI. §. 7. Welche Meynung. etc.* poſt verba: *welche die Reichs-Vicarien in Krafft der Gülden Bullen* inſerta adhuc velut parentheſis, quae in CAROLI VI. Capitulatione nondum occurrebant (*als worinnen die von uns coram Throno zu empfangende Lehen allein ausgenommen ſind*) inſuper habitis grauaminibus, quae Comitum S. R. I. ordo, cui noua haec parentheſis moleſtiam creare videbatur, Collegio Electorali litteris ad Moguntinum datis commendauit, et ſingulari inſimul pro memoria ſcripto iura ſua contra Vicariorum inueſtituram defendit. Extat hoc vna cum ipſis litteris in *Diario Election, et Coronation. Append. II. Num. VII. p. 84. et 85. et Num. VIII. p. 85. et 86.* nec non apud MOSERVM ad *Capitul. CAROLI VII. §. 1. p. 85. et §. 2. p. 87—90.* e quibus et retulit Illuſtris Tubingenſium Anteceſſor GODOFR. DANIEL HOFFMANNVS de *feudis Throni §. IX. p. 63. ſeq.* qui ſimul occaſionem atque hiftoriam ſanctionis in Capitulatione *Artic. XI. §. 7. comprehenſae ex eodem MOSERO c. l. p. 389—390. commemorauit c. l. p. 59. ſeq.* Et eſt haec clauſula deinceps non ſolum in FRANCISCI I.ⁿ) Imp. licet Comites

n) in der neuen und vollſtändigern Sammlung der Reichs-Abschiede und Reichs-Schlüſſe Tom. IV. im Anhang pag. 16.

tes contradixerint, protestatione interposita sibi prospicientes
 ao. 1745. die 19. Junii ap. MOSERVUM ad Capitul. nouiss. Append. 1.
 p. 360—365. sed et in IOSEPHI II. Reg. Rom. °) Capitulatione
 repetita. Scripta, quibus Comitum causa defensa, notiora
 sunt, quam vt demum hic a me debeant commemorari. Nam
 IO. HEVMANNI quidem *Diss. de S. R. I. Comites inuestiendi ra-
 tione*, nec non librum: *Beweis, dass die Reichslehenbare im-
 mediate Graff- und Herrschaften ohnzweifelhafte Fahren- und Thron-
 Lehen seyn, mit unverwerflichen Archiv- Urkunden, besonders in
 Ansehung der uralten ohnmittelbahren Reichs- Graffschafft Hohenlohe
 dargethan. Oehringen 1743. fol.* etiam KOENIGII *Selectis Iur. publ.
 nouiss. P. VII. c. 3.* insertum, sed absque documentis, laudarunt
 iam cum alii, tum maxime Perillustr. IO. CHRIST. WILH.
 de STECK c. l. §. 8. not. 2.) et HOFFMANNVS c. l. §. 1. not. e.)
 qui posterior quoque *Bibliothecae Deductionum LÜNIGIO IENI-
 CHIANAE P. I. p. 611.* fide innifus ESTOREM auctorem hu-
 ius deductionis habet, et simul argumentum illius, quod viginti
 duobus momentis absoluitur, in compendio exhibitum refert ver-
 bis Ill. ERN. CRIST. HANSELMANNI *im Diplomatischen Beweis,
 dass dem Hause Hohenlohe, die Landes Hoheit mit denen zu selbi-
 ger gehörigen Rechten, nicht etwann in dem so genannten grossen
 interregno, oder nach solchen Zeiten erst zu Theil geworden, son-
 dern Demselben schon lange vorhero zugestanden und in ruhiger
 Übung zugekommen, sammt einer Abhandlung von dieses Hauses
 Ursprung und Herkunft bis auf das interregnum, auch einem An-
 hang von 271. zum Beweis dienender Diplomatum und Urkunden.*
 Norim-

o) in IO. IAC. SCHMAVSSII *Corp. Iur. Publ. Acad. edit. III. FRAN-
 CKII p. 1574.* Et in hac quidem IOSEPHI II. Imp. Capitul. *Art. XI.
 §. 7.* verba in parenthesi adiecta paullo aliter, quam in duabus priori-
 bus Capitulationibus, nempe ita leguntur: *als worinnen die von einem
 jedesmaligen Römischen Kayser coram Throno zu empfangenden Leben al-
 lein angenommen seynd.*



Norimbergae 1751. fol. f. CXXXIV. p. 178. seq. At nihilose-
 cius tamen Comitatus dignitate Principali condecorati feudis
 Throni accensendi cf. 10. IAC. MOSERI *Grundrifs der heuti-
 gen Staats-Verfassung des teutschen Reichs Lib. VII. Cap. 8.
 f. II. p. 668.* Et quod ad Comitatus aut Dynastias attinet,
 quos Electores et Principes praeter Principatus possident, eius-
 modi feudorum minorum prorsus quoque aliam rationem esse
 nunc certo constat. Quodsi enim simul Principatibus iuncta, iis-
 demque litteris inuestiturarum nominatim comprehensa, ea
 tanquam accessiones sequuntur indolem feudi principalis,
 ideoque coram folio Imperatoris solemniter cum Principati-
 bus recognoscuntur, vti recte Ill. DE STECK *c. l.* putat. Sed
 quae Principes diu post Principatum aut Ducatum impetra-
 tum separatim aut nouiter obtinuerunt feuda minora acceptis
 desuper peculiaribus litteris inuestiturae, de iis, quoniam co-
 ram Consilio Imperiali Aulico inuestiuntur, et seruatae sunt
 hisce beneficiis pristina forma et peculiare qualitates, ea tan-
 quam in A. B. non excepta, Vicariorum inuestiturae, si inter-
 regnum emerferit, non subtrahenda sunt. Ita recte etiam do-
 cuit, qui accurate hic distinxit ICKSTATTIVS *c. l. f. 5.* et
 quae attulit simul e MOSERO *im Staats-Recht c. l.* exempla
 vsu rei satis declarant. Atque sic etiam intelligenda verba
 Ill. DE IVSTI *c. l. p. 240.* qui dicit, nunc secundum legalem
 hanc Capitulationis Imperialis explicationem extra contro-
 uersiam positum, Electores et Principes Comitatus atque Dy-
 nastias, quas forte possident, quatenus haecenus de iis co-
 ram Consilio Imperiali Aulico inuestiri soliti sunt, in muta-
 tionibus obuenientibus coram Vicariis Imperii recognoscere
 teneri.


V.

Quando Vasalli Imperii, qui a Vicariis S. R. I. Feuda recognoscunt, ad inuestituram excitari queant? Capitula Praelato destituta Feuda Imperii Ecclesiastica a Vicariis non recognoscunt. Nec Vasalli inuestituram a Vicariis impetratam coram Imperatore postea electo renouare opus habent, licet ICKSTATTVS dissentiat.

Omnes autem Vasalli Imperii, quorum inuestituram Imperator sibi non speciatim reseruauit, tempore interregni feuda sua a Vicariis Imperii recognoscere debent, quamuis non quidem omni tempore interregni promiscue, quae fuit sententia GRIEBNERI *c. l. Sect. I. §. 21. p. 31.* confutata iam ab Ill. *de IVSTI c. l. p. 241.* sed tantum, si Vicarium regimen ultra annum produci contigerit, termino, quem Leges et Obseruantia Imperii ad feuda haec requirenda, et iuramenta fidelitatis praestanda iis constituerunt, id est anno et die praeterlapso, edictis commonesieri et sub poena caducitatis ad eam obligationem compelli queant. Ita certe res se habet, si mutatio in manu dominante euenerit. Nam si in manu seruiente emerferit casus, siue Vasallus tempore interregni mutatus, siue uiuo adhuc Imperatore obierit, et terminus renouationi inuestiturae necessario petendae statutus, aut forte spatium, ad quod prorogatio impetrata durante interregno exspirauerint, post annum et diem a mutatione ultimi Vasalli, aut tempore indultus obtenti praeterlapso computandos, inuestitura a Vicariis est requirenda. Sed et integrum adeo est Vasallis, quia semel eos obligatio tenet feuda recognoscendi mutato aut Domino aut Vasallo, ob graues fortasse causas, quae subsunt, hanc recognitionem anticipare, et statim post obitum Imperatoris, ante lapsum temporis ad feudum recognoscendum praefixi, inuestituram beneficiorum a Vicariis


C

tempo-



tempore interregni requirere et accipere. Vnde non incommodè ICKSTATTIVS *c. l. §. 6. et 8.* recognitionem feudorum in liberam siue voluntariam et necessariam siue coactam distinxisse videtur, quamquam illa libertate inuestituram quocunque tempore petendi, et adeo anticipandi utique non gaudent Principes Imperii, qui feuda Throni possident. Nam expectare potius hi debent, donec nouus Imperator electus est, propterea, quod eorum inuestituram Imperator in A. B. sibi specialiter reseruauit. Et quod Capitula attinet, quae sede vacante et impedita Principatus ecclesiasticos, et cum his coniuncta feuda Imperii non ex efficto quodam dominio radicali et fundamenti praelaturae, sed vsu primum et obseruantia ab Imperatoribus probata, maxime ex quo hi iuri Regalium renunciarunt, cf. Ill. G. L. BOEHMERVS *Princ. Iur. Can. Lib. III. Sect. IV. Tit. 8. §. 507. b.*) et IO. AD. DE ICKSTATT *de iur. capit. sed. vac. §. 26. et 30. Tom. II. Op. VII.* deinde vi commissionis ex lege delatae administrant, vid. INSTR. PAC. OSNABR. *art. V. §. 17.* et quos laudauit BOEHMERVS *c. l.* ea feudorum Ecclesiae inuestituram ex peculiari Curiae feudalis Imperii obseruantia tempore interregni aequè minus a Vicariis, ac ab ipso Imperatore, etiamsi administratio Capituli, id quod tamen raro contingit, ultra annum producat, petunt et impetrant. Nam cum sede vacante non extet Pro-uasallus, cuius nomine Capitula haec feuda recognoscere et iuramenta fidelitatis praestare possint, inuestitura vsque ad sublatum impedimentum atque id tempus differtur, quo per electionem aut postulationem ecclesiae praeesse incipit nouus Praelatus, cui insuper a momento illius canonicae prouisionis anni et diei spatium currit, intra quod inuestituram renouare possit. vid. Ill. GEORG. LVD. BOEHMERI *Pinc. Iur. Feud. Lib. II. Sect. I. Cap. IX. §. 454.* Quod si autem recognouerunt Vasalli Imperii feuda sua, quibus incumbit inuestituram eorum

eorum, eiusque renouationem a Vicariis petere, et eam imperarunt, perinde habetur, ac si ab electo futuro Imperatore inuestiti essent, nec opus habent eam inuestituram ob eundem mutationis casum coram Imperatore postea electo denuo renouare. Nam etsi olim alia omnia obtinuerunt, vt manifesto declarant verba AVREAE BVLLAE c. l. *Quae tamen per Regem Romanorum, postea electum suo tempore innouari, et de nouo ipsi iuramenta praestari debebunt*: est tamen postea Vassallis Imperii necessitas feuda ab electo deinceps Imperatore recognoscendi, eique iusiurandum fidelitatis denuo praestandi iam in Lege Regia CAROLI VI. Art. XI. §. 7. remissa. Quae etiam sanctio cum in posterioribus Capitulationibus tum maxime in recentissima est repetita. Ita certe hunc locum intelligunt, iteratam que inuestiturae feudorum iam a Vicariis S. R. I. recognitorum renouationem coram electo Imperatore prorsus non necessariam statuunt praestantissimi Iuris Publici interpretes AVCTOR *der Anmerkungen über die Wahl-Capitulation Kayser Carls des VI. Art. XI. lit. G.* et hunc, qui secuti sunt BVRRH. GOTTH. STRVVIVS *in Corp. Iur. Publ. BILDERBECK in Teutschen Reichs-Staat*, IO. IAC. MASCOVIVS *Princ. Iur. Publ.* IO. IAC. SCHMAVSSIVS *in Comp. Iur. Publ. GÜNDERODE in Abhandlung. des Teutschen Staats-Rechts* et de IVSTI c. l. quorum omnium locos iam laudauit de ICKSTATT c. l. §. 27. not. a) et quibus addimus Viros Perillustres IO. STEPH. PVITTERVM *Instit. Iur. Publ. Lib. XV. c. l. §. 481. not. d)* et GEORG. LVD. BOEHMERVM c. l. *Lib. II. Sect. I. c. IX. §. 459.* nec non Illustr. IO. HENR. CHRIST. de SELCHOW *Elem. Iur. Publ. Germ. Tom. I. P. Spec. Lib. I. cap. II. Tit. I. §. 389. 3)* Verum hoc cum potissimum non modo in dubium vocare, sed et adeo negare sustinuerit ICKSTATTIYS c. l. cum eo nobis nunc negotium erit, venientque argumenta illius sub censuram vocanda.



VI.

Ab iis, qui inuestituram a Vicariis acceptam non denuo coram Imperatore postea electo renouandam statuunt, vniuersa Iuris Clientelaris ratio haud interuertitur. Consutatur

ICKSTATTIVS.

Ac primum quidem Vir Illustis *c. l. §. II. et 22.* statuit, post mortem Imperatoris tanquam Domini directi feudorum Imperii Vicarios in A. B. tempore interregni constitutos in eiusdem locum subintrare, et Dominos directos feudorum Imperii euadere, et cum ideo neque defuncti, neque postea electi Imperatoris, sed proprio nomine et iure, quod Lex publica ipsis concessit, vice tamen Imperii perinde ac Imperator Vasallos inuestirent, Imperatorem deinceps electum a facultate inuestiendi de feudis, quae Vasalli iam a Vicariis recognouerunt, excludi non posse, quia nunc nouus plane casus deficientis manus dominantis cessante interregno, et electo Imperatore in locum Vicariorum transeunte existeret. Equidem hic non desiniam, an ex hoc fonte, quem ICKSTATTIVS *c. l.* attulit, et fere probat Illustr. de SELCHOW *c. l.* secus ac Illustr. BOEHMERO *c. l.* visum, potestas Vicariorum S. R. I. inuestiendi Vasallos de feudis Imperii promauerit. Solis Aureae Bullae verbis insistam. Atqui secundum hanc, cum ibi memorati Principes debeant Prouisores imperii esse, Vicarii solum de conseruando nexu clientelari Vasallos inter atque Imperium solliciti Vicario iure tenentur, sicuti in vniuersum, quoties Imperium vacare contingit, iurium vacantium illius tantummodo prouisores esse, et potestatis in ipsos collatae omnes partes non alio, quam Imperii et Imperatoris nomine, donec illi de nouo Principe prospectum, tueri ac custodire debent. Nam si haec omnia alio, quam solo prouisionis iure agere possent, cur demum Imperatores inde

inde a CAROLI V. temporibus, quotiescunque interregnum fuerat, in Capitulationibus P) promittere debuissent, se ea, quae a Vicariis secundum Auream Bullam et Constitutiones Imperii durante interregno tam in iustitiae quam gratiae causis acta gestaque fuerunt, sub auspiciis regiminis omnia, in optima forma, ut decet, rata habituros ac confirmaturos esse. Quod, ut alios taceam, a quibus id factum, iam a MOSERO in *Annotat. ad Capitul. Imp. CAROLI VII. Part. II. p. 145.* commemoratos, etiam Imp. CAROLVS VII. Q) et ipse FRANCISVS STEPHANVS Imp. in *Capit. art. III. §. 19. 20.* claris admodum verbis sunt polliciti, quamquam in nouissima Capitulatione IOSEPHI II. augustissimi Imp. illa promissio non repetita, quoniam hic nempe non post interregnum ad Imperium peruenit, sed iam viuo Imperatore in Regem Romanorum electus. Neque profecto vlla alia vnquam Imperii lex fundamentalis Vicariis Imperii Principibus Vicariali regimine abeuntibus, nouum casum mutationis in dominante manu emergere statuit. Nec quod ICKSTATTIVS opinatus est, ab iis, qui feuda a Vicariis collata a futuro Imperatore non de nouo recognosci debere tradunt, vniuersus Iuris Clientelaris ordo totaque beneficiariae disciplinae natura eueritur, aut Imperatori obtruduntur Vasalli, quos iuramenti et fidei Vasalliticae vinculo obstrictos sibi haud habeat. Nam etsi facile

C 3

largior,

- P) In CAROLI V. *Capitul. Art. 26.* disertis verbis stipulati sunt Electores, ut Imperator acta Vicariorum confirmaret. Diploma huius Imperatoris Ludouico Palatino *An. 1521.* datum exhibet CHRIST. LÜNINGIVS in *Teutschen Reichs-Archiv. Part. Special. p. 649.* idque observationibus illustrauit GRIEBNERVS in *Spicil. Obseru. miscellan. de Vicariis Imperii in Opusc. Iur. Publ. Tom. I. p. 190. seq.* Diploma Imp. LEOPOLDI *An. 1659.* Ferdinando Mariae, Electori Bauariae, datum extat ap. LÜNINGIVM *c. I. pag. 726.*
- Q) CAROLI VII. Imp. litteras, quibus Vicariatus Rhenani acta *Anno 1742.* euentualiter confirmare spondit, exhibet MOSERVS *ad Capitulation. FRANCISCI Tom. II. pag. 30.*



largior, vii in vniuersum domini directi, ita et Imperatoris interesse, ipsum Vasallos, quod attinet eorum personam, sibi iuramento obstrictos habere, adeo, vt WERNHERVS in *Diff. de iur. Vicarior. in A. B. express. §. 50.* rationem, cur secundum A. B. Vasalli iusiurandum Vicariis iam praestitum denuo coram Imperatore repetere debeant, in eo inuenisse sibi visus sit, quod interregni tempore illud quidem respectu Imperii, non vero Imperatoris sit praestitum; quis tamen inficias ibit, Imperatori integrum esse in fauorem Vasallorum Imperii ob difficultates, quas illis duplex illa inuestitura et iurisiurandi fidelitatis feudalis praestatio iterata afferebat, etiam iis hanc necessitatem remittere, cum quisque possit iuribus suis renunciare? Atqui hoc nominatim ab Imperatore factum in *Capit. Art. XI. §. 7. Welche Meynung etc.* quae verba paulo post daturi sumus. Atque iam in conuento conceptu Capitulationis perpetuae de *ao. 1711.* quem Ill. de ZECH exhibuit in *der gegenwärtigen Verfassung der Kayserlichen Regierung von Teutschland*, illa A. B. dispositio de inuestitura Vicariorum Imperii eatenus mutata, ne inuestitura ab electo nouo Imperatore iterum petatur. Vbi *Art. XI.* expresse legitur: *dass es bey Belohnung der Lehnen, welche die Reichs-Vicarien kraft der güldenen Bulle verleihen können, sein Verbleiben haben, und die Vasallen nicht genöthiget werden sollen, selbige von den Kayser wieder zu empfangen, oder wenigstens einen weitem Lehntax zu bezahlen.*

VII.

Recensetur argumentum ICKSTATTII, qui sanctionem Capitulationis Art. XI. §. 7. tantum ad feuda minorum per tutores a Vicariis recognita restrinxit, postea ab illis, durante Vicariatu maiorem actatam nactis, non denuo recognoscenda.

Sed hunc locum Capitulationis ICKSTATTIVS propugnandae sententiae causa, quam semel animo conceptam tenuit

mit de Vasallis, quos iam Vicarii inuestierunt, denuo obstri-
 ctis ad feuda a nouo Imperatore recognoscenda, ratione pror-
 sus singulari explicauit, quam illi pepererunt ea, quae §. 5.
 et 6. dictae Capitulationis cauta sunt de feudis minorum ab
 eorum tutoribus recognitis, ab ipsis Vasallis, posteaquam ma-
 iorem aetatem sunt consecuti, denuo haud recognoscendis.
 Non hic repetam, quae c. l. §. 14. de obseruantia circa inue-
 stituras Vasallorum Imperii impuberum et minorum olim du-
 bia, atque dissensu interpretum super quaestione, an tutores
 ad petendam inuestituram obligati fuerint, et quo tempore
 pupillo inuestitura sit data, ab eoque iusiurandum debuerit
 praestari, ex *ITTERO de feud. Imperii c. IX. §. 18.* disputauit.
 Nec dicam de more in feudis Imperii quondam usitato, quo
 non tutores solum petere inuestituram, et iuramenta fidelitatis
 nomine pupillorum et minorum praestare, sed et ipsi Vasalli
 finita tutela maiorem aetatem adepti eam denuo renouare, et
 iusiurandum hoc iterare debuerunt. Satis enim hunc *IO. IAC.*
MASCOVIUS de Iur. Feud. Cap. V. §. 13. et antea iam *ITTE-*
RVS c. l. exposuerunt, adductis simul verbis decreti ab *Imp.*
CAROLO V. cum post mortem Francisci, Lotharingiae Ducis,
 inuestitura pro filio Carolo impubere peteretur ad tutores illius
 emissi, quod extat apud *CLAUD. CHIFFLETIVM in Comment.*
Lothariens. Cap. XI. Id tantum annotabo, cum pro hac du-
 plici inuestitura etiam bis, nempe primum a tutoribus nomine
 pupillorum inuestitis, deinde ab ipsis pupillis maiorem aeta-
 tem adeptis in feudi recognitione taxam feudalem praestari
 oporteret, id autem durum atque molestum videretur, adeo
 vt iam *ao. 1663.* Secularium Principum plurimi id aboleri mo-
 nerent, tandem in Capitulatione *Imp. CAROLI VI. Art. XI.*
§. 5. et 6. fuisse definitum, vt tutores de feudis intra annum et
 diem a suscepta tutela pupillorum nomine inuestituram pete-
 rent, et iusiurandum fidelitatis praestarent, taxamque feuda-
 lem




lem simul soluerent, ipsis autem pupillis postea maiorem aetatem adeptis inuestiturae renouationem aut onerum feudalium repetitam solutionem iniungi haud oporteret. Hoc enim non solum acta comitalia docent apud MOSERVM ad Capitul. CAROLI VII. Art. XI. §. 5. 6. et 7. p. 387—390. quae et exhibuit Ill. HOFFMANNVS in Diff. laudata §. IX. p. 59. sed et verba Capitulationis satis probant, quae sic habent §. 5. *Wann auch ein Churfürst, Fürst oder sonst ohnmittelbarer Stand und Lehen Mann des Reichs mit Tode abgehet, und minderjährige Lehns-Erben, sue puberes sue impuberes, hinter sich verläisset, so soll der Vormünder, oder die Vormünder, nach angetretener wirklichen Administration der Tutel oder Curatel, ihr der minderjährigen, von dem Reich habende Regalien und Lehnen innerhalb Jahr und Tag wirklich suchen, und bey der darauf folgender Belehnung das gewöhnliche Iuramentum fidelitatis ablegen, und die Gebühr entrichten, an welche deren Vormünder Empfangung und eydliche Versprechung die Minderjährige selbst, nach erlangter Pubertät und respectiue Maiorennität, dergestalt gebunden seyn sollen, als wann sie, Minderjährige, berührte Regalien und Lehnen, nach übernommener Regierung selbst empfangen, und den Lehens-Eyd erstattet hätten: §. 6. Dargegen sollen und wollen wir sie, Minderjährige, nach erlangter ihrer Pubertät oder Maiorennität zu anderwärtiger Empfangnuß solcher Lehnen und Regalien, wie auch Lehnen-Eyde nicht-vielweniger einer doppelten oder weiteren Einrichtung des Lehnen-Taxes anhalten, sondern sie bey obgedachter erstern, denen Vormünderen ertheilten Belehnung, allerdings lassen, Cum vero simul Capitulationi CAROLI VI. adiecta sint etiam verba: Welche Meinung es dann auch haben solle, mit denenjenigen Lehnen, welche die Reichs-Vicarien in Kraft der guldernen Bulle verleyhen können; quae et in CAROLI VII. et FRANCISCI I. nec non IOSEPHI II. Reg. Rom. Capitulationibus repetita Art. XI. §. 7. leguntur, addita tamen simul his tribus posterioribus Capitu-*

la-

lationibus clausula illa, per quam Imperator feudorum Throni inuestituram sibi referuauit, vt supra §. IV. iam diximus, illa verba *ICKSTATTIVS c. l. §. 17.* restrinxit ad feuda minorum per tutores a Vicariis recognita, existimans dispositionem de inuestitura Vasallorum Imp. minorum tantummodo §. 7. ad Vicarios Imp. fuisse extensam, ita vt sensus loci is sit, feudorum inuestituram, quam tutores nomine minorum intra annum et diem a Vicariis tempore interregni impetrarunt praestito iureiurando fidelitatis, Vasallos minores durante adhuc Vicariatus regimine maioris aetatis annos consecutos aequae obstringere, ac si ipsi a Vicariis fuissent inuestiti, eosque ideo minorem aetatem egressos a noua inuestitura accipienda, et iureiurando praestando, et sportula clientelari iterum soluenda immunes esse. Sed audiamus illius rationes. Air tam in conceptu Capitulationis perpetuae, quam in ipsa lege Regia CAROLI VI. vbi verba conceptus seu Proiecti repetuntur, totam hanc dispositionem de feudis minorum, nempe iuxta Capitulationes duas nouissimas tres illos paragraphos 5. 6. et 7. vno contextu cohaerere, vnamque absoluere periodum, atque inde verba paragraphi septimi ad totam sanctionem paragraphis duobus antecedentibus 5to et 6to comprehensam referenda esse; quodsi enim tantum ad §phum 6tum antecedentem pertinerent, et ex mente aduersariorum id indicarent, quemadmodum feuda a tutoribus nomine pupillorum ab Imperatore recognita, ab his demum maioribus factis denuo requiri soluta bis taxa feudali haud debent, ita nec feudorum inuestituram in interregno a Vicariis impetratam ab electo Imperatore reperendam praestitis necessariis esse, in Capitulatione CAROLI VI. cum posterioribus (si cohaerentiam textus, et quae de feudis Throni adiecta sunt exceperis) per omnia conueniente, dici debuisse: *welche letztere Meynung etc.* hoc autem cum factum haud sit, sed simpliciter positum; *welche Meynung etc.* hanc

D

ex-



extensionem ad feuda a Vicariis collata in vniuersum de tota dispositione praecedenti circa feuda minorum intelligi debere, neuiquam vero Capitulationis conditores a minorum feudis in casu plane particulari transitum ad feuda qualiacunque a Vicariis recognita facere voluisse.

VIII.


Confutatur hoc argumentum ex Actis publicis Comitibus maxime ex declaratione, quam Collegium Electorale ad monita Principum fecit. Remouentur simul aliae obiectiones ab

ICKSTATIO *propositae.*

Verum enim vero ad has difficultates a Viro summo obiectas, multa nec leuis momenti argumenta reponi possunt. Equidem facile largior ea, quae de feudis minorum, quorum tutores inuestituram obtinuerunt, postea a minoribus, vbi maiores facti, non denuo recognoscendis, et de remissa Vasallis necessitate, qui a Vicariis inuestiti sunt, ab electo Imperatore iterum inuestituram petendi cauta fuerunt, et in posterioribus Capitulationum exemplis tribus §phis absoluuntur, in conceptu Capitulationis aequae ac in ipsa lege Regiae CAROLI VI. vnam tantum periodum constituere. Nempe cum illo tempore nondum Capitulationis Articuli essent in paragraphos subdiuisi, quippe quam subdiuisionem in paragraphos demum in adornanda Capitulatione CAROLI VII. fieri placuit, testante Protocollo Electorali, quod exhibet MOSERVS *c. l. Part. III. p. 7. 8. 9.* cf. Eiusdem *Staats-Historie Teutschlands unter der Regierung CARLS des VII. (Ienae 1743. 8.) Lib. I. Cap. 1. I. Anhang, Num. 1. p. 108. sequ.* non poterant non haec tria momenta in vna periodo cohaerere. At nihilofecius tamen, quae nunc §pho 7^{mo} sancita sunt ad totam dispositionem §phis proxime antecedentibus 5^{to} et 6^{to} comprehensam haud reuelantur.

rim


rim. Adeo vim inferri loco Capitulationis, eique plane alium, quam conditores illius volunt, tribui sensum opinor ab eo, qui hoc ausus sit. Nam vt hic non repetam, quod iam Ill. SELCHOVIUS in der *Iurist. Biblioth. c. l.* monuit, in illo loco, si tantum de immunitate minorum, qui tempore interregni feuda a Vicariis recognouerunt, ab vltiori eorum recognitione coram Imperatore suscipienda, intelligendus esset, post verba: *mit denenjenigen Lehen*: necessario addi debuisse: *der Minderjährigen*, hoc autem cum non factum sit, explicationem hanc naturae rei et regulae: vbi lex non distinguit, nec nostrum est distinguere, manifesto refragari; sane quod ex actis publicis Comitialibus de *ao. 1663. seq.* sententiae suae adferre pondus studuit ICKSTATIVS *c. l. §. 19.* eo haud dubie illam non multum corroborauerit. Ipsa potius declaratio Collegii Electoralis ad monita Principum facta, quae ap. MOSERVM *c. l. Tom. II. p. 390.* et in eiusd. *Staats-Rechte Tom. VIII. Lib. II. Cap. 148. §. 5.* extat, satis ostendit, Electorum consilium fuisse, quae de feudis minorum, quae horum tutores iam recognouerunt, ab ipsis maiorem aetatem adeptis coram electo Imperatore non denuo recognoscendis, in Capitulatione priori cauta fuerunt, ea in vniuersum ad omnia feuda, quorum inuestituram Vasalli a Vicariis Imperii impetrarunt, extendendi, ipsosque Principes huic Electorum voluntati *ao. 1771.* cessisse, ideoque ne super genuino quidem horum verborum intellectu altercationem amplius oriri posse. Audiamus enim, quae MOSERVS *c. l.* tradidit: *Das Churfürstliche Collegium, inquit, gabe darauf dem Fürstlichen zu vernehmen: Es seye in jenem dafür gehalten worden, dafs, was hier wegen derjenigen Lehen, so von Vormündern empfangen werden, und das hernach, wann die ihrer Tutel oder Curatel committirte Successores selbst zur Regierung kommen, sie weder solche Lehen oder Regalien weiters empfangen, noch auch fernern Lehen-Taxe davon bezahlen sollen, gemel-*



det werde, auch auf diejenige Lehen, welche Zeit während Interregni die Reichs-Vicarien verleyhen können, zu extendiren, und solchemnach in vorberührtem Monito, post verba: *Allerdings lassen, zu addiren seye: welche Meynung es dann auch haben sollte mit denenjenigen Lehen, welche die Reichs-Vicarien in Krafft der gülden Bullen verleihen können; die Fürsten aber meldeten: das Monitum wegen Empfahung der Lehen und der dahero Churfürstlichen Theils an Hand gegebenen Extension auf die von denen Reichs-Vicarien verleihe Lehen betreffend, will man dafür halten, man hätte es diesfalls bey der Disposition der gülden Bull ohne einige Aenderung bewenden zu lassen, folglich in der Capitulation von vorgedachter Extension zu abstrahiren. Das Churfürstliche Collegium beharrte seine Meynung; das Fürstliche dergleichen. Als aber die Churfürsten nochmahls auf ihrem Entwurf bestanden, gaben die Fürsten Anno 1711. nach, und es wurden die Formalien beliebt, wie sie im Text (außer dem Anno 1741. addirten Zusatz) zu sehen. Ad haec quidem ICKSTATTIVS c. 1. §. 21. respondet, inde mutationem aliquam obligationis Vasallorum, qui feuda a Vicariis recognoverunt, eadem ab electo postea Rege vel Imperatore Rom. denuo recognoscendi inferri haud posse. Nam cum id ageretur, vt in Capitulationibus Caesareis tutoribus minorum nomine inuestituras petendi et fidelitatem iurandi necessitas imponeretur, atque idem Collegium Electorale ad tutores quoque tempore interregni extendere cogitaret, Collegium Principum, quoniam existimasset, mutari sic Auream Bullam atque grauari Vasallos, quod per extensionem istam ad actum inuestiturae per tutores suscipiendum obstringerentur, a quo vt plurimum immunes essent, si iuxta obseruantiam antiquam inuestiturae minorum vsque ad annos maioris aetatis suspensae essent, atque etiam vltra tempora interregni excurrerent, Electorali collegio ad monitum respondisse, inuestituras minorum per tutores, tempore interregni dis-*

spō-

spositioni A. B. et Iuri antiquo relinquendas, aut de iisdem
 plane abstrahendum esse. At enim vero, quibus tandem ar-
 gumentis ICKSTATTIVS nobis hanc suam opinionem persua-
 ferit? Sane, si Aurea Bulla tutoribus necessitatem nomine mi-
 norum inuestituram petendi haud iniunxerit, neque tum in-
 curia feudali Imperii obtinuerit vsu, vt pro minoribus tutores
 feuda recognoscerent, sed inuestitura potius atque praestatio
 iurisiurandi ad annos vsque maioris aetatis differretur, aut
 indultus impetraretur, vti ipse ICKSTATTIVS c. l. haud dif-
 fessus est, quo demum pacto verosimile tantum reddi poterit?
 Collegium Principum suspicatum esse, mutari in hoc A. B. at-
 que Vasallos hoc modo obstringi tempore interregni ad inue-
 stituram per tutores suscipiendam, ideoque Collegio Electora-
 li respondisse, minorum inuestituras per tutores tempore in-
 terregni dispositioni A. B. et iuri antiquo relinquendas, aut de
 eo plane abstrahendum esse, quandoquidem tempore Aureae
 Bullae casus ille ne cogitari quidem ac mente concipi poterat,
 nedum vt vere existere potuisset. Quae cum ita sint, mani-
 festum esse oportet, quae Serenissimi Capitulationis Condito-
 res §. 7. Legis Regiae fanciuerunt, ea plane non de tota di-
 spositione praecedentibus §. 5. et 6. comprehensa intelligi de-
 bere, sed vtique a feudis minorum in casu illo particulari
 transitum ad qualiacunque feuda a Vicariis Imperii recognita
 in illo Capitulationis loco factum fuisse, si vel maxime simpli-
 citer tantum ibi positum *Welche Meynung*, omisso verbo *letztere*,
 quam quidem vocem adiciere vel ideo non opus videbatur,
 quod iam in se intelligitur, modo accurate perspecta ha-
 beas ea omnia, quae in vtroque Collegio tam Electorum
 quam Principum intuitu huius momenti tum acta fuerunt,
 functionem §. 7. Capitulationis aliorum, quam ad ea, quae
 spho 6to proxime antecedenti cauta sunt, trahi nullatenus
 posse. Verissima quidem sunt, et ipsius Capitulationis loco



in §. 5. et 6. conueniunt, quae ICKSTATTIVS c. 1. §. 18. scripsit, nempe auctores huius publicae legis partim cauere, ne Vasallorum Imperii inuestiturae et iurisiurandi fidelitatis praestatio in plures annos differrentur, lata tutoribus lege, vt pupillorum nomine intra annum et diem feuda recognoscere, partim Vasallis pupillis prospicere voluisse, ne maioris aetatis annos adepti nouae inuestiturae et duplicis taxae onere gravarentur. Neque negamus, id ipsum, quoniam durante interregno euenire possit et Vicariorum aequae intersit, vt tutores Vasallorum minorum post anni et diei ab adita administratione decursum feuda a Vicariis recognoscant, parem aequitatis rationem subesse, vt minores maiores facti duplicis quoque inuestiturae et taxae molestia liberentur. At ideo vtrumque huius dispositionis membrum §. 5to et 6to comprehensum ad feuda tantum, de quibus Vicarii Vasallos Imperii impuberes secundum A. B. inuestire possunt, extensum, quo tantum obligatio tutorum feuda minorum a Vicariis recognoscendi, et liberatio Vasallorum, quorum nomine tutores iam inuestituram obtinuerunt, a duplicis inuestiturae et taxae onere durante interregno alias imponendae, lege hac pragmatica firmaretur, caeterorum autem Vasallorum omnium in minori aetate non constitutorum, qui a Vicariis tempore interregni inuestiti de feudis sunt, rationem non habitam, neque iis simul necessitatem feuda a postea electo Imperatore recognoscendi remissam esse, id tanto minus mihi patiar persuaderi, quanto certius puto, me demonstrasse, hanc ICKSTATTI assertionem principis prorsus falsis inniti, et historiae auctoritati manifesto contrariari.

IX.

Non est sententia eorum, qui feuda a Vicariis S. R. I. iam recognita non denuo ab electo nouo Imperatore requirenda statuunt, periculi tam plena, ac ICKSTATTIO videtur. Nec per eam Vasallis a nexu clientelari se liberandi occasio suppeditatur.

Frustra etiam Vir Perillustris c. l. §. 23. contendit, sententiam illorum, qui Imperatores ab inuestitura feudorum, a Vicariis tempore interregni collatorum, praecludant, periculi plenam esse. Quod enim Vasalli a Vicariatu inuestiti ab vltiori feudorum recognitione a futuro Imperatore liberentur, ex eo nondum statim sequitur, vt, si forte casus inuestiturarum sub Imperatore tanquam nouo Domino directo aut plane non, aut post longum demum annorum decursum emergent, in regesta actorum et documentorum feudalium confuso irrepere, et sic feudorum memoria exolescere possit, aut ipsis etiam Vasallis a nexu et vinculo feudali, quo Imperatori ac Imperio colligantur occasio se eximendi, atque feudorum qualitatem iminutandi praebeatur. Etenim quam Imperator iam spondidit in *der Handhabung des Land-Friedens de ao. 1495. Tit. 4.* diligentiam in conseruanda curata feudorum Imperii notitia, litteris inuestiturarum et consignatione clientelarium pertinentiarum, quae e Vasallorum litteris reuersalibus haurienda est, in registis Curiae et Cancellariae Imperii feudalis, ordine intemerato, continuaque inuestiturarum serie custodiendis cf. etiam ORDIN. IVD. AVL. IMP. *Tit. III. §. 14.* et IO. IAC. MOSERVS in *Reichs-Hofraths-Proc. P. III. Cap. I §. 116.* annon eandem ipsam quoque curam Serenissimi Imperii Vicarii, in omnibus his ipsis rebus adhibere solent? Et iine ipsi Vicarii, simulac extinctum eorum officium, et electus Imperator in verba Capitulationis iurauit, inter acta Vicariatus iudiciorum, quae quisque tempore interregni in locum Consilii Imperialis Auli-




Aulici tunc clausi intra limites ipsi praescriptos constituerunt, intra sex menses ad Imperatorem transmittenda, etiam omnia documenta clientelaria simul exhibent, quae occasione Vasallorum ab illis inuestitorum conscripta sunt? Quomodo igitur metui potest, ne confusio irrepat, aut feudorum memoria exolescat? Et quo tandem pacto quis contendat, Vasallis per inuestituram a Vicariis impetratam a nexu et vinculo feudali, quo Imperatori ac Imperio obligantur, occasionem se eximendi, atque feudorum qualitatem immutandi praeribi? cum Vicarii nomine Imperii ac Imperatoris Vasallo feudi inuestituram conferant, et Vasallus utpote talis Imperio in hoc actu fidelitatis iusiurandum praestare debeat, quod aequè minus violare possit, ac si ab ipso Imperatore inuestitus esset. Unde igitur nunc erit periculum Imperio metuendum? Nihil absurdi ex hac nostra sententia sequitur, quicquid etiam *ICKSTATTIVS c. l. §. 23.* dicat. Fac enim Vasallos terminum inuestiturae feudorum renouandae praefixum anticipare, quod ipsis licere supra obseruauimus. Fac eos moderatori taxa, vicinitate locorum parcendis itinerum sumptibus perapta, aliisque similibus rationibus fortasse permotos existente quolibet etiam breui interregno feuda a Vicariis recognoscere, ab Imperatore postea electo non amplius recognoscenda; an hoc Vasallis imputandum? Line si feloniae rei fieri, et in periculum feudorum amittendorum venire nolint, ad renouandam clientelarum, quas ab Imperio tenent, inuestituram obstricti sunt? Et an non a Vicariis sub poena caducitatis ad recognoscendum excitantur? Quis porro inde statim existimauerit, omnes Vasallos, qui a Vicariis Imperii feuda sua requirere possunt, et debent, conuenturos esse de renouanda feudorum inuestitura statim primis temporibus interregni, quod suspicantur fortasse breue esse futurum? Fallor, aut vir summus difficultates non praesensit, quae etiam cogitationes adeo
vnius

vnus alteriusue Vasallorum Imperii de eiusmodi conuen-
tione ineunda inutiles reddunt. Et si vel maxime talis con-
uentio atque concordia Vasallorum speranda esset, an ideo
statim nouo Imperatori adempta est Vasallos de feudis inue-
stiendi potestas, aut illis remissa recognoscendi beneficia sua
coram nouiter electo Caesare obligatio? Estne Imperatori re-
lictæ collatio præcipuorum Feudorum, quæ Throni vocan-
tur, de quibus Vicarii inuestire plane non possunt? Qui igitur
potuerit ICKSTATTIVS opinari, nullum vnquam in posterum
casum manus Imperatoriae dominantis exiturum, atque pro-
pterea iura Domini directi Caesarea feudorum Imperii in to-
tum pene corruitura esse, hoc equidem non perspicio. Fir-
ma igitur stat sententia nostra, præstantissimorum Iuris Publi-
ci interpretum consensu, quem supra iam §. V. laudauimus,
munita, et Vasalli Imperii inuestituram de feudis a Vicariatu
tempore interregni adepti ab Imperatore postea electo aequè
minus ac minores, quorum nomine tutores inuestiti sunt, de-
inceps maiores facti, eam denuo impetrare, et duplicem ta-
xam soluere pro ea tenentur, quia vtrique sibi inuicem æqui-
parati, et quod in *Capit. Art. XI. §. 6.* in fauorem minorum
constitutum, id ob rationis paritatem §. 7. ad Vasallos quo-
que durante interregno inuestitos extensum.

X.


*Argumentum ICKSTATTII de disparitate inter duplicatum onus Va-
sallorum pupillorum et caeterorum Vasallorum maiorum, qui a Vi-
cariis sunt inuestiti, ab electo Imperatore denuo inuestiendorum
desumptum commemoratur ac reiicitur.*

Sed tantum abest, vt res penitus confecta videatur, vt
potius ICKSTATTIO *c. l. §. 26.* nouum argumentum in prom-
tu sit, quo sententiam communem, quam et nostram fecimus,
E labe-



labefactare atque conuellere annisus sit. Est profecto hoc argumentum grauius, quam Ill. SELCHOVIO *c. l. p. 487. seq. visum*. Non hic ICKSTATTIVS tantum vrget discrimen, quod Vasallos maiores intercedit atque minores, sed vterius progressus rem ad vtrorumque inuestituram adplicuit, atque potissimum e disparitate inter duplicatum onus Vasallorum pupillorum et minorum, et inter duplicatum onus Vasallorum maiorum, qui tempore interregni a Vicariis inuestiti sunt, a nouo electo Imperatore denuo inuestiendorum praeconcepatae suae opinioni robur parare studuit. Male nimirum, ait, comparari casum Vasalli pupilli ac minoris cum casu Vasalli feuda sua a Vicario et post modum ab Imperatore recognoscens. Magnam enim disparitatem esse inter duplicatum onus Vasallorum pupillorum, et duplicatum onus Vasallorum, qui tempore interregni a Vicariis inuestituram obtinuerunt, a nouo electo Imperatore inuestiendorum. In specie, quam §. 5. et 6. Capitulationis complectitur, eidem Vasallo pupillo aut minori, quia graue visum erat, necessitatem petendae inuestiturae ab eodem Domino directo, et in eodem casu mutati Vasalli seu manus feruentis bis imponi, semel in tutorum et curatorum persona, deinde ipsis minoribus nunc maiorenitate adeptis, vt olim fieri assolebat, hoc dictis Capit. locis iustis de causis correctum fuisse. In altera vero specie eundem Vasallum successiue a diuersis Dominis directis et quidem non nisi post anni et diei lapsum feuda sua recognoscere obligari, vt vsus et consuetudines feudales exigunt, iuxta quas moriente aut mutato Domino directo succedens nouus Dominus directus, licet idem intra breue temporis interuallum eueniat, de iure suo propterea nihil remitteret. Verum hoc quoque argumentum remoueri quodammodo poterit. Equidem facile largior Perill. ICKSTATTIO a specie, quam proposuit, in §. 5. et 6. Capitulationis vere extante ad alteram in §. 7. comprehensam a priori

ri plane diuersam, cum in illa sit sermo de inuestiturae petendae obligatione, si mutatio in manu seruiente euenerit, in hac vero de eadem inuestitura requirenda in casu mutati Domini directi inferri non statim posse, qui probe sciam, lege correctoria sancita, quae ad specialem tantum casum pertineat, legem generalem, qua omnes Imperii Vasalli, sicubi Dominus directus mutatus, feudorum inuestituram iam a Vicariis Imperii durante interregno impetratam, a postea electo Imperatore de nouo petere iubentur, nondum simul sublatam censerit. At enim vero cum ex declaratione Collegii Electoralis ad monita Principum facta, quam supra §. VIII. ex MOSERO c. l. commemorauimus, satis appareat, sanctionem Capitul. c. l. §. 5. et 6. de feudis minorum ab eorum tutoribus recognitis, ab ipsis Vasallis postea maiorem aetatem nactis haud recognoscendis in vniuersum c. l. §. 7. ad feuda, quorum inuestituram omnes alii siue minores siue maiores Vasalli a Vicariis obtinuerunt, ab electo deinceps nouo Imperatore haud recognoscenda extensam fuisse: nonne hic lex illa generalis mutata? Et nonne hic Imperator tanquam feudorum Imperii Dominus directus de iure suo aliquid expresse remisit? Haud negauerim, quod IC-STATTIVS scripsit, mutationem illam subitanam Dominorum directorum inter casus fatales referendam. Nec dixerim, si durante pupilli minorennitate tres aut quatuor Imperatores mori contingeret, quorum quiuus Vasallo post anni et diei lapsum inuestituram impertitus est, hunc Vasallum de incommodis, quae ex crebra feudorum inuestituram petendi necessitate ipsi enata sunt, iure querulari posse, aut ideo legem condii oportere, qua Domini directi iura perimantur. At hunc simul casum esse inuestiturae Vicarialis, et post renouandae inuestiturae Imperatoriae, id constantissime inficior. Longe enim alia est ratio inuestiturae, quam pupillorum nomine tutores ab vno quouis horum Imperatorum durante pupilli minorennitate




te mortuorum impetrarunt, ipsi vero pupilli vbi maiores facti, denuo requirere haud tenentur, et rursus alia ratio est inuestiturae eius, quam Vaſalli caeteri omnes statim maiores a Vicariis Imperii obtinuerunt, postea certe ex nostra sententia a nouo electo Imperatore non iterum petendam. Nam quem admodum priori in casu diuersi Domini directi, nempe singuli Imperatores quamdiu Vasallas minor est, se inuicem secuti tutori pupilli inuestituram impertiti sunt, ita in posteriori casu Vasallis statim maioribus simulac feuda recognoscunt, eorum inuestituram tribuit vnus tantum idemque Dominus directus, non duo diuersi. Quod caeteroquin ICKSTATTIVS obseruat, non bis ab vno eodemque Domino directo Vasallum eundem inuestiri, id etsi verum, tamen non sic est ex ratione ab ipso allata: sed hanc ob causam ita se habet, quoniam inuestitura Vasallis Imperii interregni tempore a Vicariis collata, ex mente genuina Capitulationum nouissimarum, quo sumtibus, quos alioquin Vasalli impendere in eam dupliciter debuissent, parcat, perinde habetur, ac si a futuro electo Imperatore tributa esset, ideoque ab hoc nullatenus repetenda. Quae tandem ICKSTATTIVS *c. l. §. 28.* ad sententiae suae pondus conciliandum attulit exempla Vasallorum Imperii, qui ad inuestituram post obitum CAROLI VI. interregno tum vltra annum protracto iam a Vicariis regimine acceptam, renouandam et taxas consuetas denuo soluendas decretis et rescriptis seueris a CAROLO VII. Imperatore excitati fuerunt, eamque vere requisierunt et obtinuerunt, de iis, quid sit sentiendum, dixit iam Illustr. de SELCHOW *c. l.* Ad obseruantiam certe in tali re constituendam haud sufficiunt. Neque plus simplici vice obuenerunt. Et si vel maxime faciamus cum iis, qui in causis illustribus, praesertim, quae raro eueniunt, vnicum tantum actum ad probandam eiusmodi obseruantiam exigunt, vid. Ill. SELCHOVII *Elem. Iur. Publ. Cap. I. Sect. II. Tit. 2. §. 44.*
tamen

tamen cum expressae dispositioni Capitulationis et consilio, quod sibi propositum habuerunt hanc legem regiam constituentem, manifesto refragentur, profecto valorem iuris plane alius, et legis scriptae verbis prorsus contrarii introducere haud poterunt.

XI.

Quid in specie proposita intuitu Vasallorum Italiae, qui feuda ab Imperio Rom. German. tenent, ex iuris rationibus obtineat?

Nec tandem hac occasione intactam prorsus debeo relinquare quaestionem, an ea, quae disputauimus, etiam conueniant in Vasallos Italiae, quibus, si paucos quosdam exceperis, feuda, quae ab Imperio Romano Germanico tenent, coram Consilio Imperiali Aulico conferuntur? et num hi aequè minus ac Vasalli Germaniae feuda, quorum inuestituram a Vicariis S. R. I. tempore interregni obtinuerunt, aut certe impetrare tenentur, ab Imperatore postea electo recognoscere necesse habeant? Qui cum LIMNAEO, STRAVCHIO, IFTERO, aliisque multis, quorum nomina laudauit Illustrissimus GERL. ADOLPHVS de MÜNCHHAUSEN in *Diss. de Vicariatu Italiae Cap. III. §. 7.* et quibus addimus IO. IAC. SCHMAVSSIVM in *Comp. Iur. Publ. Lib. I. Cap. VIII. §. 2.* Italiae provincias Vicariorum S. R. I. G. potestati detrahere haud dubitant, eamque ob causam his quoque ius inuestiendi Vasallos harum provinciarum negant, eos facile praeuideo, hanc disquisitionem procul dubio inanem atque otiosam esse iudicaturos. Atque profecto si res ex eo tantum, quod in facto positum est, non simul ex iure aestimanda foret, posset fortaesse illud de suscepto hoc nostro labore iudicium haud adeo iniquum videri. Quod si enim in vniuersum vera essent, quae Illustr. de SELCHOW c. 1. *Cap. II. Sect. 2. §. 72.* poten-



potentiores Italiae Status inuestituram feudalem, praeter cuius honorem nihil fere ex pristinis Imperii in Italiam praerogativis superesse statuit, variis rationibus eludere, haud ineptis quis contenderit, nec a Vicariis S. R. I. G. Italiae Vassallos se inuestiri passuros esse. At enim vero cum hic potissimum de iure loquamur, quaestionem facti consulto praetereuntes, paulo aliter rationes subducendae nobis videntur. Et sane cum in vniuersum dici nequeat, Imperii Romano Germanici potestatem per Italiam haud patere, sed eam potius tot in Italicis historiis memorata, et tabulis publicis consignata imperialis regalisque iuris documenta testantur, praesertim si institutorum feudalium, et formularum inuestiturae rationem habeas, quod per partes demonstravit IO. IAC. MASCOVIUS *Princ. Iur. Publ. Lib. II. Cap. V.* et quod Serenissimos S. R. I. G. Prouisores attinet, his ipsis vacante Imperio Italiam subesse, potissimum euerit validissimis argumentis, ita vt simul omnes ac singulas secus sententiarum rationes foriter reicerent de MÜNCHHAUSEN *c. l.* nec non IO. CAR. KOENIGIVS cum in libro iam supra a nobis adducto *I. Abhandl. §. 23. 26.* tum in *Progr. de Vicaria potestate in partibus regni Arelatenfis et Italiae,* et quemadmodum suspicor, etiam ANONYMVS ille, cuius tamen *de iuribus Vicariorum Imperii et de eorum auctoritate in Italia* libellum, quantumuis a me diligentissime quaesitum, vsurpare non potui: omnino affirmauerim, etiam facultatem Vassallos Italiae de feudis, quae ab Imperio tenent, inuestiendi, tempore interregni S. R. I. G. Vicariis oportere relictam esse. Quam ipsam sententiam video etiam III. de IVSTI *c. l. p. 245.* placuisse. Nec officit, quod fortasse olim nonnulli, quos excitauit IITERS *de feud. Imp. Cap. IX. §. 15.* ipse eorum partes secutus, ius inuestiendi Vassallos Italiae tempore interregni ad Vicariatum Sabaudicum spectare existimauerint. Nam primum quidem, quemadmodum hodie satis constat, Sabaudiae

diae Ducem, licet Vicariatus illi concessus a quibusdam nomi-
 ne generalis appelleretur, ius tamen illud Vicariatus per omnem
 Italiam aequae minus ac alios nonnullos Italiae Principes, qui
 etiam Vicariatium ab Imperatoribus Germanicis obtinuerunt,
 quos lae recensuit de MÜNCHHAUSEN *c. l. Cap. II. §. 2 - 9.*
 exercere posse, cum illud tantum de ipsorum propriis territo-
 riis, quae possident intelligendum videatur; ita etiam admo-
 dum clare ostensum est, atque ab auctoribus modo laudatis
 potissimum a KOENIGIO *von den Reichs-Vicar. Gerecht. I. Abh. §. 24. et 26.* idoneis rationibus probatum, Sabaudiae
 Duces, qui tantum viuo Imperatore Vicariatium hunc perpe-
 tuum nomine illius gerunt, vacante Imperio et interregni tem-
 pore Serenissimorum Germaniae Proutisorum vniuersalium po-
 testati omnino subiectos esse, adeo vt et Ao. 1619. Carolus
 Emanuel Dux Sabaudiae, nec non mortuo Imperatore IOSE-
 PHO I. Victor Amadaeus II. Sabaudiae Dux professi sint, se
 Vicariorum Germaniae imperium ac iurisdictionem in se agni-
 turos esse. Deinde quod in primis ius inuestiendi Vicariorum
 Sabaudiae attinet, tota res pendet a litteris et chartis, qui-
 bus Sabaudicae Domui, aut reliquis Italiae Vicariis iura Vica-
 riatu cum annexis priuilegiis concessa fuerunt. Iam vero
 vetustiora diplomata, veluti statim illud, ^{r)} quo SIGISMVN-
 DVS Imperator Ao. 1412. Ludouico Sabaudiae Comiti Vicaria-
 tum Imperii per partes Pedimontii contulit, de potestate eo-
 rum inuestituram de feudis conferendi Italiae Vasallis prorsus
 silent, Imperator autem, non CAROLVS V. vt falso de IVSTI
c. l. scripsit, sed iam MAXIMILIANVS I. Ao. 1503. in charta
 ap. GVICHENONIVM *c. l. Lib. VI. p. 486.* et ap. LEIBNITIVM
c. l.

r) ap. SAM. GVICHENONIVM *dans l'histoire genealogique de la Royale
 Maison de Savoye (a Lyon 1660.) Lib. VI. Tom. III. pag. 129.* nec non
 ap. LEIBNITIVM *in Cod. Iur. Genr. Diplom. P. I. pag. 305.*



c. l. Tom. I. p. 150. seq. et in DIAR. EVROP. P. I. p. 715. qua iura haec Vicariatus Sabaudicae Domui confirmavit, limitibus eorum etiam ultra prolatis, etsi Archiepiscopos, Abbates, Religiosos, Praelatos, aliosque Vasallos nobiles et ignobiles Civitatum et Dioecesum ibi commemoratarum, etiam feuda a Duce Sabaudiae eiusque successoribus vice Imperatoris et Imperii recognoscere iussit, tamen cum Ducum, Principum et Marchionum mentionem haud fecerit, nec Sabaudica Domus potestatem eos inuestiendi sibi poterit arrogare. Et quoniam praeterea in Aurea Bulla, quae a Vicariorum inuestitura exempta sunt Principum feuda, intelligenda tantum de Principum Germaniae feudis, profecto Vicariis S. R. I. G. facultatem Vasallos Italiae de feudis inuestiendi, quae hi ab Imperio tenent, illimitatam oportet competere. Merito tamen ab hac Vicariorum inuestiturae collatione nunc exempti bini hi marchionatus *Turriliae* et *S. Stephani Vallis auanti*, quippe a Francisco I. Imperatore d. 13. Maii 1760. in Principatus Imperii et feuda Throni conuersi, concessio infimul illorum possessori Iohanni Andreae ab *Auria Landi* Principi Melphi etc. titulo *illustrissimi*, item *dilectionis* et *consanguinei charissimi*, vna cum iure primogeniturae, vt testatur decretum commissionis d. 19. Apr. 1762. vid. Ill. 10. STEPH. PÜTTERVS in *Instit. Iur. Publ. Lib. I. Cap. 2. §. 20. c*) Haec autem cum ita sint, haud dubie nec Vasalli Italiae, qui tempore interregni a Vicariis S. R. I. feuda, quae ab Imperio tenent, recognouerunt, ob easdem rationes a nobis expositas, eorum inuestituram a nouiter deinceps electo Imperatore petere opus habebunt.



PRAE-

— — — — —
PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO VIRO
LVDOVICO AMADEO KRUMBHAAR

L I P S I E N S I

S. P. D.

C H R I S T I A N V S R A V

Ter ea commoda, quorum per nouem illos annos, quibus in hac Litterarum Vniuersitate iurisprudentiam tradidi, participem me reddidit Lipsia, patria TEcum mihi communis, uti potissimum haec fuerunt, quod subinde occasio semet mihi offerret iuuenes et ingenio et doctrina praestantes in cathedram comitandi: ita gaudeo vehementer, etiam a TE academicorum studiorum cursum nunc fere emenso publici, quod cum Viris doctis initurus es, colloquii socium ac comitem me delectum fuisse. Et quidni de hoc TVO consilio debeam laetari? cum hac ipsa re officiosissimam TVAM in me voluntatem aliunde iam mihi optime cognitam, nouo beniuolentiae documento auctam intellexerim, et vero etiam confirmatam. Nolo iam laudare ingenii TVI bonitatem, discendi cupiditatem, atque doctrinae elegantiam. Has enim praeclaras dotes in TE esse, norunt omnes, qui TE norunt. Animi tantum TVI candorem et cordis sinceritatem praedicabo. Nam propter has quidem excellentes virtutes, quas aestimare debet optimus quisque, ego in primis tantopere TE amaui ac colui semper, ut plane inter exempla probitatis iure meritoque mihi videreris connumerari posse. Libellum disputandi causa a me conscriptum, cuius argumentum nobis suppeditauit Iuris Feudalis Imperii disciplina, quam TV in deliciis potissimum habuisti, spero, a TE tam strenue ac fortiter iri defensum, ut non solum per hanc occasionem ingenii TVI dexteritas atque

Ke. 31170a




que doctrinae praestantia omnibus patefiant iustis laudibus condecoratae ac cumulatae, sed et mihimet ipsi sit honorificum prodiiſſe in publicum tali cum viro, quem litterarum ac iuris peritia et suauitas sermonis tantopere conspicuum atque cunctis insigniter commendabilem reddunt. Caeterum hunc diem, quo specimen eruditionis editurus es, **TIBI, TVAE**que uniuersae familiae profecto perquam solennem, vehementer atque ex animo gratulor, et summum numen insimul veneror ardentissimisque precibus imploro, ut non solum saluum **TE** atque incolumem in patriae reique publicae commodum tueatur atque conseruet, cunctis humanae felicitatis bonis auctum, sed et in primis, ut diligentiam **TVAM** mox praemiis amplissimis ornet, **TE**que constituat aliquando eo loco, qui et nomini **TVO** et **TVAE** familiae, quae ornamentum atque splendorem a **TE** haud exiguum sibi pollicetur, sit quam maxime gloriosus. Vale Vir Doctissime, meque hominem **TVI** studiosissimum mutuo amore complecti nullo unquam tempore desiste. Scripsi in Lipsica Litterarum Vniuersitate ad d. XII. Decembr. A. C. MDCCCLXXVII.



m.c





Q.K. 157.

Ve
3114

EXERCITATIO IVRIS FEVDALIS PVBLICI
DE
VASALLIS IMPERII
AB INVESTITVRA FEVDORVM
QVAE TEMPORE INTERREGNI A VICARIIS
S. R. I. RECOGNOVERVNT CORAM
IMPERATORE POSTEA ELECTO
RENOVANDA IMMVNIBVS

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRAESIDE
CHRISTIANO RAV

I. V. D. ET PROF. PVBL. EXTRAORD.

A. D. XVIII. DECEMBR. CIOIOCCCLXXVII.

H. L. Q. C.

DEFENDET

LVDOVICVS AMADEVS KRVMBHAAR

LIPSIENSIS

LIPSIAE
EX OFFICINA LANGENHEMII.



X2400 778